m) μεταπεμφθέντας ὑπὸ τῶν ἐν Συβάρει Ἀχαιῶν] Haec quae vitio forte typographorum ex Aldina editione exciderant Straboni reddidi ex codd. Vat. A. B. Venet. A. Bemb. Caſaub. et Interpr. pr. Mox voces τῶν ἐκπεσόντων ἐκ τῆς Λακωνικῆς, quae ſenſum turbant, vel plane repudiandae, vel cum Ill. Heynio, ad ἐποικῆσαι τῶν Ἀχαιῶν τινὰς referendae ſunt. Vid. eiusd. Opuſc. Acad. Vol. II. pag. 210. not. l. et 264. not. h. n) τῶν Μεταποντίων] τῆ Μεταποντίᾳ Vat. A. B. Stroz. A.

§. 15.

Subſequitur Metapontium, a navali Heracleae diſſitum ſtadiis CXL. Conditum aiunt a Pyliis, qui cum Neſtore ab Ilio navigaverunt, quos tanto ſucceſſu terram coluiſſe aiunt, ut auream meſſem Delphis dedicaverint. A Pyliis urbem eſſe conditam, ab equiis Neleidum ratiocinantur. Urbem eam Samnites deleverunt. Antiochus ſcribit, locum illum incolis deſtitutum, Achaeos quosdam occupaſſe evocatos ab Achaeis Sybarim incolentibus. arceſſitos autem eos fuiſſe ob Achaeorum [qui Laconia pulſi fuerant] odium in Tarentinos, ut ne hi, qui vicini erant, locum illum occuparent. Cum autem duae eſſent urbes, Metapontiis viciniores Tarento, a Sybaritis

ἀφιγμένους ὑπὸ Συβαριτῶν, τὸ Μεταπόντιον κατα- Italia.
σχεῖν· τοῦτο μὲν γὰρ ἔχοντας, ἔξειν καὶ τὴν Σειρῖτιν· εἰ δ' ἐπὶ τὴν Σειρῖτιν τράποιντο, προσθήσειν τοῖς Ταραντίνοις τὸ Μεταπόντιον ἐν πλευραῖς ὄντι. Πολεμοῦντας δ' ὕστερον πρὸς τοὺς Ταραντίνους καὶ τοὺς ὑπερκειμένους Οἰνωτρούς, ἐπὶ μέρει διαλυθῆναι τῆς γῆς, ὅπερ γενέσθαι τῆς τότε Ἰταλίας ὅριον, καὶ τῆς Ἰαπυγίας. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸν Μετάποντον μυθεύουσι, καὶ τὴν Μελανίππην τὴν δεσμῶτιν, καὶ τὸν ἐξ αὐτῆς Βοιωτόν. Δοκεῖ δ' Ἀντίοχος τὴν πόλιν Μεταπόντιον ἱερῆσθαι πρότερον Μέταβον, ο παρονομασθῆναι δ' ὕστερον· τήν τε Μελανίππην ἀ πρὸς τοῦτον, ἀλλὰ πρὸς Δῖον κομισθῆναι, ἐλέγχειν ἡρῶον τοῦ Μετάβου, καὶ Ἄσιον τὸν ποιητὴν φήσαντα, ὅτι τὸν Βοιωτὸν

Δίου ἐνὶ μεγάροις τέκεν εὐειδὴς Μελανίππη.

ὡς πρὸς ἐκεῖνον ἀχθεῖσαν τὴν Μελανίππην, ἀ πρὸς τὸν Μέταβον. Οἰκιστὴς δὲ τοῦ Μεταποντίου, Δαύλιος

ο) παρονομασθῆναι] παρονομάσθαι. Strez. A. μεταπαρονομάσθαι Venet. A.

ritis perſuaſum fuiſſe iis, quos arceſſiverant, ut Metapontum occuparent: quod eo potiti, Siritidem quoque eſſent habituri: ſin ipſi ſe ad Siritin contuliſſent, fore ut Tarentini a latere imminentes Metapontum ſuam facerent. Succeſſu temporis bello cum Tarentinis et qui ſupra adiacent Oenotris conflato, accepta agri parte, qui tunc fuerit Italiae et Iapygiae terminus, pacem compoſuiſſe. Ibi etiam Metapontum fabulantur, et Melanippam captivam, et huius filium Boeotum. Exiſtimat autem Antiochus urbem olim Metabum dictam, poſteaMetapontium denominatam: Melanippamque non ad Metabum, ſed ad Dium perveniſſe: idque ſacello Metabi argui, et Aſii poetae teſtimonio, qui ait: Boeotum

In Dii formoſa domo peperit Melanippe.

ad hunc nimirum adductam innuens Melanippam, non ad Metabum. Ephorus tradit, Metaponti autorem fuiſſe

Italia. ὁ Κρίσσης τύραννος γεγένηται τῆς περὶ Δελφοὺς, ὥς φησιν Ἔφορος. Ἔστι δέ τις καὶ τοιοῦτος λόγος, ὡς ὁ πεμφθεὶς ὑπὸ τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τὸν συνοικισμὸν, Λεύκιππος εἴη· χρησάμενος δὲ παρὰ τῶν Ταραντίνων τὸν τόπον εἰς ἡμέραν καὶ νύκτα, μὴ ἀποδοίη· μεθ' ἡμέραν μὲν λέγων πρὸς τοὺς ἀπαιτοῦντας, ὅτι καὶ εἰς τὴν ἑφεξῆς νύκτα αἰτήσαιτο καὶ λάβοι, νύκτωρ δ', ὅτι καὶ πρὸς τὴν ἐξῆς ἡμέραν. Ἑφεξῆς δ' ἐστὶν ὁ Τάρας καὶ ἡ Ἰαπυγία· περὶ ὧν ἐροῦμεν, ὅταν πρότερον τὰς προκειμένας νήσους τῆς Ἰταλίας περιοδεύσωμεν κατὰ τὴν ἐξαρχῆς πρόθεσιν· ἀεὶ γὰρ τοῖς ἔθνεσιν ἑκάστοις τὰς γειτνιώσας προσκαταλέγοντες νήσους, καὶ νῦν, ἐπειδὴ μέχρι τέλους ἐπεληλύθαμεν τὴν Οἰνωτρίαν, ἥπερ καὶ Ἰταλίαν μόνην ὠνόμαζον οἱ πρότερον, δίκαιοι ἐσμὲν φυλάξαι τὴν αὐτὴν τάξιν, ἐπελθόντες τὴν Σικελίαν, καὶ τὰς περὶ αὐτὴν νήσους.

ΚΕΦ. Β.

se Daulium Criſſae, eius quae prope Delphos eſt, tyrannum. Fertur et alia narratio: ab Achivis ad eam coloniam deducendam miſſum fuiſſe Leucippum, qui cum locum iſtum ad diem et noctem precario a Tarentinis obtinuiſſet, noluerit reddere: interdiu repoſcentibus reſpondens, ſe etiam ad inſequentem noctem petiiſſe ac impetraſſe: noctu, ad imminentem diem. Deinceps Tarentum eſt, et Iapygia, de quibus dicemus, ſi prius, quod ratio noſtri inſtituti requirit, praepoſitas Italiae inſulas peragraverimus. Quum enim adhuc ſingulis gentibus iuxta vicinas inſulas expoſuimus: nunc Oenotria, quam ſolam Italiae nomine intellexit antiquitas, ad finem usque enarrata, par eſt eumdem nos ordinem tenendo, Siciliam et quae circa ſunt inſulas perſequi.

CAP. II.

ΚΕΦ. Β.

Sicilia.

Ἔστι δ' ἡ Σικελία, τρίγωνος τῷ σχήματι· καὶ διὰ τοῦτο Τρινακρία μὲν πρότερον, Τρινακὶς δ' ὕστερον προσηγορεύθη, μετονομασθεῖσα εὐφωνότερον. Τὸ δὲ σχῆμα διορίζουσι τρεῖς ἄκραι. Πελωριὰς μὲν ἡ πρὸς τὴν Καινύν, καὶ τὴν σηλίδα, καὶ τὴν Ῥηγίνων ποιοῦσα τὸν πορθμόν. Πάχυνος δὲ ἡ ἐκκειμένη πρὸς ἕω, καὶ τῷ Σικελικῷ κλυζομένη πελάγει, βλέπουσα πρὸς τὴν Πελοπόννησον, καὶ τὸν ἐπὶ Κρήτης πόρον. τρίτη δ' ἐστὶν ἡ προσεχὴς τῇ Λιβύῃ, βλέπουσα πρὸς αὐτὴν ἅμα καὶ τὴν χειμερινὴν δύσιν, Λιλύβαιον. Τῶν δὲ πλευρῶν, ἃς ἀφορίζουσιν αἱ τρεῖς ἄκραι, δύο μὲν pag. 266.
εἰσὶ κοῖλαι μετρίως. ἡ δὲ τρίτη, κυρτή, ἡ ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου καθήκουσα πρὸς τὴν Πελωριάδα, ἥπερ μεγίστη ἐστὶ σταδίων χιλίων καὶ ἑπτακοσίων, ὡς Ποσειδώνιος εἴρηκε, προσθεὶς καὶ εἴκοσι. Τῶν δ' ἄλλων, ἥτ' ἐπὶ Πάχυνον ἀπὸ τοῦ Λιλυβαίου μείζων τῆς ἑτέρας· ἐλαχίστη δὲ ἡ τῷ πορθμῷ καὶ τῇ Ἰταλίᾳ προσεχὴς, ἡ ἀπὸ τῆς Πελωριάδος ἐπὶ τὸν Πάχυνον, σταδίων ὅσον

χιλίων

CAP. II.

Sicilia figuram habet triquetram: itaque et Trinacria a tribus extremitatibus quondam, et poſtea ſono vocis concinniore, Trinacis denominata fuit. Figuram eius tria definiunt promontoria. Pelorus, quo verſus Caenyn, columellam, et Rhegium fretum includitur; Pachynus, qui contra orientem prominet, Siculoque alluitur mari, et Peloponneſum, Cretenſemque traiectum reſpicit; tertium eſt Lilybaeum, Africae obverſum, hibernoque iuxta occaſui. Laterum, quae his tribus extremis includuntur, duo ſunt concava mediocriter, tertium a Lilybaeo ad Pelorum curvum eſt, idemque longiſſimum, ſtadiorum CIↃ IↃ CC, ut Poſidonius dixit, qui et XX adiecit. De reliquis, id quod a Lilybaeo ad Pachynum pertinet, altero maius, minimum omnium id, quod freto et Italiae adiacet, a Peloro ad Pachynum tendens, ſtadiorum circiter

CIↃ

Sicilia χιλίων ἑκατὸν καὶ τριάκοντα. Τὸν δὲ περίπλων ὁ Ποσειδώνιος σταδίων τεσσαρακοσίων ἐπὶ τοῖς τετρακισχιλίοις ἀποφαίνει. Ἐν δὲ τῇ χωρογραφίᾳ μείζω λέγεται τὰ διαστήματα, κατὰ μέρος διηρημένα μιλιασμῷ. [a]Ἐκ γε Πελωριάδος εἰς Μύλας με· τοσαῦτα δὲ καὶ ἐκ Μυλῶν εἰς τὴν Τυνδαρίδα· εἶτα εἰς [b]Ἀγάθυρνον λ. καὶ τὰ ἴσα εἰς Ἄλαισα, καὶ πάλιν ἴσα εἰς Κεφαλοίδιον· ταῦτα μὲν πολίχνια· εἰς δ' Ἰμέραν ποταμὸν ιη διὰ μέσης ῥέοντα τῆς Σικελίας· εἶτ' εἰς Πάνορμον λε. β δὲ καὶ λ εἰς τὸ τῶν Αἰγεστέων ἐμπορεῖον· λοιπὰ δὲ εἰς Λιλύβαιον λη. ἐντεῦθεν δὲ κάμψαντι ἐπὶ τὸ συνεχὲς πλευρὸν, εἰς μὲν τὸ Ἡράκλειον οε, ἐπὶ δὲ τὸ Ἀκραγαντῖνον ἐμπορεῖον κ, καὶ ἄλλα κ εἰς Καμαρίναν· εἶτ' ἐπὶ Πάχυνον ν. ἔνθεν πάλιν κατὰ τὸ τρίτον πλευρὸν εἰς μὲν Συρακούσας [c]λς. εἰς δὲ Κατάνην ξ. εἶτ' εἰς Ταυρομένιον λγ. εἶτ' εἰς Μεσσήνην λ. Πεζῇ δὲ ἐκ μὲν Παχύνου εἰς Πελωριάδα

a) Ἐκ γε] Sic poſui cum Caſaub. pro Ἐκ δὲ. b) Ἀγάθυρνον] Vulgo male Ἀγάθυρσον. c) λς] κ. Venet. A. Stroz. Caſaub.

CIↃ C XXX. Ambitum inſulae Poſidonius pronunciat, ſtadiorum IV CIↃ CCCC. At in chorographia, intervalla ponuntur maiora, diſtincta per partes in milliaria. A Peloro nempe ad Mylas paſſuum millia XXV: totidem a Mylis Tyndaridem: hinc Agathyrnum XXX: rurſum Alaeſam totidem, aliaque XXX inde Cephaloedium (haec nomina ſunt oppidorum) tum ad Himeram fluvium, qui per mediam fluit Siciliam, M. p. XIIX. Hinc Panormum XXXV. ad emporium Aegeſtenſium XXXII, indeque ad Lilybaeum XXXIIX. Flectenti inde ad continens latus, ad Heracleam LXXV, tum ad Agrigentinum emporium XX, aliaque XX Camarinam, hinc ad Pachynum L. Inde in tertio latere Syracuſas XXXVI. Catanam porro LX, Tauromenium XXXIII, Meſſanam XXX. Terreſtri autem itinere a Pachyno ad Pelorum M. p. CLXIIX.

ριάδα ἔξη. ἐκ δὲ Μεσσήνης [d] εἰς Λιλύβαιον τῇ Οὐα- Sicilia.
λερία ὁδῷ λε. Ἔνιοι δ' ἁπλούστερον εἰρήκασιν, ὥσπερ
Ἔφορος, τόν γε περίπλουν ἡμερῶν καὶ νυκτῶν ε· Πο-
σειδώνιός τε τοῖς κλίμασιν ἀφορίζων τὴν νῆσον, καὶ
πρὸς ἄρκτον μὲν τὴν Πελωριάδα, πρὸς νότον δὲ Λιλύ-
βαιον, πρὸς ἕω δὲ τὸν Πάχυνον τίθησιν. Ἀνάγκη δὲ,
τῶν κλιμάτων ἐν παραλληλογράμμῳ σχήματι διατε-
λλομένων, τὰ ἐγγραφόμενα τρίγωνα, καὶ μάλιστα
ὅσα σκαληνά, καὶ ὧν ἀδεμία πλευρὰ τῶν τῷ παραλ-
ληλογράμμῳ ἐφαρμόττει, ἀναρμόστως ἔχειν πρὸς τὰ
κλίματα διὰ τὴν λόξωσιν. Ὅμως δ' ἔν [e] [ἐν τοῖς]
τῆς Σικελίας τῇ Ἰταλίᾳ πρὸς νότον [f] κειμένης, ἡ Πε-
λωριὰς ἀρκτικωτάτη λέγοιτ' ἂν καλῶς τῶν τριῶν
γωνιῶν, ὥστε τὴν ἐπιζευγνυμένην ἀπ' αὐτῆς ἐπὶ τὸν
Πάχυνον, ἐκκεῖσθαι πρὸς ἄρκτον βλέπουσαν· [g] [ποιήσει
δὲ

d) εἰς Λιλύβαιον τῇ Οὐαλ. ὁδῷ λε.] Vitium latere in numeris, iam Caſaub. obſervavit, et λε reponendum pro λε cenſuit. e) ἐν τοῖς] Uncis incluſa vel inducenda ſunt, opinor, vel cum Caſaubono ὅσης legendum eſt. f) κειμένης] Recepi Caſauboni et Cluverii lectionem pro vulgato κειμένη. g) ποιήσει — τὸν παχυνόν.] Etiam haec ſpuria, et marginali obſervatione nata, et tollenda videntur.

CLXIIX. a Meſſana Lilybaeum via Valeria xxxv. Nonnulli ſimplicius rem expoſuerunt, ut Ephorus, qui Siciliam circumnavigari ait quinque diebus et noctibus: et Poſidonius, qui climatibus definiens eam, Pelorum ſeptentrioni, Lilybaeum Auſtro, Pachynum ortui ſolis opponit. At vero, cum climata parallelogrammis includantur, triangula praecipue inaequalia, quorumque nullum latus cum parallelogrammi latere aliquo in eandem lineam concurrit, propter obliquam eorum figuram climatibus nullo modo congruere poſſe certum eſt. Nihilominus tamen, cum Sicilia Italiae comparata ad Auſtrum ſita eſt, Pelorum promontorium, omnium Siciliae angulorum maxime verſus ſeptemtrionem ſpectare haud male ita dici poteſt; ut linea iade ad Pachynum perducta ſeptentrionem reſpiciat [pertinget

Sicilia. δὲ τὴν πλευρὰν καὶ πρὸς τὸν ποσθμόν.] Δεῖ δ' ἐπιστροφὴν μικρὰν λαμβάνειν ἐπὶ χειμερινὰς ἀνατολάς· ἕτω γὰρ ἡ ἡϊὼν παρακλίνει περιοῦσιν ἀπὸ Κατάνης ἐπὶ τὰς Συρακούσας καὶ τὸν Πάχυνον. [h] [Δίαρμα δ' ἐστὶν ἀπὸ τοῦ Παχύνου, πρὸς τὸ στόμα τοῦ Ἀλφειοῦ, στά-
pag. 267. διοι δ'. Ἀρτεμίδωρος δ', ἀπὸ τοῦ Παχύνου φήσας ἐπὶ Ταίναρον εἶναι τετρακισχιλίους καὶ ἑξακοσίους, ἀπὸ δ' Ἀλφειοῦ ἐπ' Ἀμισὸν α ρ λ, παρασχεῖν ἂν δοκεῖ μοι λόγον μὴ ὀχ ὁμολογούμενα λέγειν τῷ φήσαντι τετρακισχιλίους εἶναι τοὺς ἐπὶ τὸν Ἀλφειὸν ἀπὸ Παχύνου.] ἡ δ' ἀπὸ Παχύνου [i] πρὸς Λιλύβαιον ἑσπεριώτερον τῆς Πελωριάδος, ἱκανῶς ἂν καὶ αὐτὴ [k] δόξοιτο ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ σημείου [l] πρὸς τὴν ἑσπέραν. βλέποι δὲ ἂν ἅμα πρός τε τὴν ἕω καὶ πρὸς νότον, τῇ μὲν ὑπὸ τοῦ Σικε-

h) Δίαρμα — ἐπὶ τὸν Ἀλφειὸν ἀπὸ Παχύνου] Haec cum reliquis non cohaerere, et tollenda videntur. i) πρὸς Λιλύβαιον ἑσπεριώτερον τῆς Πελ.] Sic Vat. A. B. Venet. A. Stroz. uterque. Vulgo male legitur, πρὸς Λιλύβαιον, ἑσπεριωτέρα δὲ τῆς Π. k) δόξοιτο ἀπὸ τοῦ μεσημβρινοῦ] Sic Vat. A. B. Venet. A. Stroz. optime exhibent, pro vulgato δόξει τὸ ἀπὸ τ. μ. et sic Tyrwhitt. quoque legendum esse censet. l) πρὸς τὴν ἑσπέραν] Hic aliquid deesse videtur. Legendum mihi videtur cum Cluverio πρὸς τὴν ἑσπέραν βλέπειν.

tinget autem latus etiam ad fretum]. Hanc lineam autem oportet nonnihil converti ad ortum hibernum; sic enim litus inclinare deprehendunt Catana Syracusas et Pachynum proficiscentes. [Caeterum traiectus a Pachyno ad Alphei ostia est stadiorum ιvcιɔ. Artemidorus autem a Pachyno ad Taenarum stadia numerans ιvcιɔdc, ab Alpheo autem Amisum cιɔxxx, videtur mihi rationes constituere, quibus a Pachyno ad Alpheum ιvcιɔ stadia numerantibus contradicatur.] At linea ad Lilybaeum, quod magis quam Pelorum promontorium occasum versus situm est, recte a meridiano puncto ad occasum duci videtur: simulque et ad ortum, et ad Austrum respicere videtur, cum ab una parte Siculo

Σικελικῦ πελάγους κλυζομένη, τῇ δ' ὑπὸ τῦ Λιβυκῦ, Sicilia.
[m] τῦ πρὸς τὰς Σύρτεις διήκοντος ἀπὸ τῆς Καρχηδονίας. Ἔστι δὲ καὶ ἀπὸ Λιλυβαίου τὸ ἐλάχιστον διάρμα ἐπὶ Λιβύην χίλιοι καὶ πεντακόσιοι περὶ Καρχηδόνα· καθ' ὃ δὴ λέγεταί τις τῶν ὀξυδορκούντων ἀπό τινος σκοπῆς ἀπαγγέλλειν τὸν ἀριθμὸν [n] τῶν ἀναγομένων ἐκ Καρχηδόνος σκαφῶν τοῖς ἐν Λιλυβαίῳ. Ἀπὸ δὲ τῦ Λιλυβαίου τὴν ἐπὶ Πελωριάδα πλευρὰν ἀνάγκη λοξῦσθαι πρὸς ἕω, καὶ βλέπειν πρὸς τὸ μεταξὺ τῆς ἑσπέρας καὶ τῆς ἄρκτου· πρὸς ἄρκτον μὲν ἔχουσαν τὴν Ἰταλίαν, πρὸς δύσιν δὲ τὸ Τυρρηνικὸν πέλαγος, καὶ τὰς Αἰόλου νήσους.

§. 2.

Πόλεις δ' εἰσὶ κατὰ μὲν τὸ πλευρὸν τὸ ποιῶν τὸν πορθμὸν, Μεσσήνη πρῶτον, ἔπειτα Ταυρομένιον, καὶ Κατάνη, καὶ Συράκουσαι. Αἱ δὲ μεταξὺ Κατάνης καὶ Συρακουσῶν ἐκλελοίπασι, [o] Νάξος καὶ Μέγαρα, ὅπου

m) τῦ πρὸς — Καρχηδονίας] Abfuns e cod. Bembi. n) τῶν ἀναγομένων] Sic codd. Bembi et Caſaub. Vulgo ἀγομένων. o) Νάξος] Legit Palmerius Θάψος.

culo alluatur mari, ab altera Africo, quod a Carthaginienſium finibus ad Syrtes pertingit. Traiectus in Africam breviſſimus a Lilybaeo promontorio eſt CIↃↃ ſtadiorum; tantoque intervallo quidam dicitur acie oculorum inſigni praeditus, e ſpecula quadam numerum navium Carthagine ſolventium obſervaſſe, ac iis, qui Lilybaei aderant, nunciaſſe. Latus, quod a Lilybaeo ad Pelorum eſt, incurvatur verſus ortum, et ea reſpicit, quae inter ſeptemtrionem et occaſum ſunt; ut ſeptemtrionem verſus habeat Italiam, ad occaſum autem mare Tyrrhenum et Aeoli Inſulas.

§. 2.

Urbes Siciliae eo in latere ſitae, quod fretum conficit, ſunt Meſſana, Tauromenium, Catana, Syracuſae. Quae Catanam inter et Syracuſas fuerunt urbes, perierunt, Naxus, et Megarae, ubi omnium

Sicilia. ὅπου καὶ αἱ τῶν ποταμῶν ἐκβολαὶ [p] συνελθοῦσαι πάντων καταῤῥεόντων ἐκ τῆς Αἴτνης εἰς εὐλίμενα χώματα. Ἐνταῦθα δὲ καὶ τὸ τῆς Ξιφωνίας ἀκρωτήριον. Φησὶ δὲ ταύτας Ἔφορος πρώτας κτισθῆναι πόλεις Ἑλληνίδας ἐν Σικελίᾳ [q] πεντεκαιδεκάτῃ γενεᾷ μετὰ τὰ Τρωϊκά· τὰς γὰρ πρότερον δεδιέναι τὰ λῃστήρια τῶν Τυῤῥηνῶν, καὶ τὴν ὠμότητα τῶν ταύτῃ βαρβάρων, ὥστε μηδὲ κατ' ἐμπορίαν πλεῖν. Θεοκλέα δ' Ἀθηναῖον παρενεχθέντα ἀνέμοις εἰς τὴν Σικελίαν, καταγνῶσαι τήν τε εὐδένειαν τῶν ἀνθρώπων, καὶ τὴν ἀρετὴν τῆς νήσου· ἐπανελθόντα δὲ, Ἀθηναίους μὲν μὴ πεῖσαι, Χαλκιδέας δὲ τοὺς ἐν Εὐβοίᾳ συχνοὺς παραλαβόντα, καὶ τῶν Ἰώνων τινὰς, ἔτι δὲ Δωριέων οἱ πλείους ἦσαν Μεγαρεῖς, πλεῦσαι· τοὺς μὲν δὴ Χαλκιδέας κτίσαι Νάξον, τοὺς δὲ Δωριέας Μέγαρα, τὴν Ὕβλαν πρότερον

p) συνελθοῦσαι] συνῆλθον Vat. A. B. Caſaub. libri. q) πεντεκαιδεκάτῃ γενεᾷ] Non dubitavi recipere lectionem Cluverii in Sicil. ant. p. 37. et Heynii in Opuſc. Acad. Vol II. pag. 267. not. p. Vulgo κθ' τῇ γενεᾷ. Caſaub. legit δεκάτῃ γενεᾷ.

nium ab Aetna defluentium fluviorum oſtia conveniunt, portusque commodos efficiunt. Ibi etiam eſt Xiphoniae promontorium. Ephorus ſcribit, has Graecorum antiquiſſimas in Sicilia civitates, quinta et decima poſt Troianum bellum aetate conditas fuiſſe. Antiquiores enim Tyrrhenorum has regiones incolentium latrocinia et crudelitatem ita reformidaſſe, ut ne mercaturae quidem faciundae gratia in Siciliam navigaverint. Theoclem vero Athenienſem ventorum vi eo delatum, cum incolarum vilitatem, tum inſulae virtutem exploraſſe; et domum reverſus, cum Athenienſibus, ut coloniam in eam deducerent, non perſuaderet, magno Chalcidenſium Euboeam habitantium numero adſcito, nec non Ionum, Dorienſiumque, quorum maior pars Megarenſes erant, in Siciliam navigaſſe; ac Chalcidenſes quidem Naxum, Dorienſes Megaras condidiſſe, cui urbi prius nomen fuerat

ρον καλουμένην. Αἱ μὲν ἂν πόλεις ἐκέτ' εἰσί· τὸ δὲ Sicilia.
τῆς Ὕβλης ὄνομα συμμένει διὰ τὴν ἀρετὴν τῦ
Ὑβλαίυ μέλιτος.

§. 3.

Τῶν δὲ συμμενυσῶν κατὰ τὸ λεχθὲν πλευρὸν πόλεων, ἡ μὲν Μεσσήνη τῆς Πελωριάδος ἐν κόλπῳ κεῖται, καμπτομένης ἐπιπολὺ πρὸς ἕω, καὶ μασχά- pag. 268.
λην τινὰ ποιύσης. Ἀπέχει δὲ τῦ μὲν Ῥηγίυ διάρμα ἑξηκονταστάδιον, τῆς δὲ σηλίδος πολὺ ἔλαττον. Κτίσμα δ' ἐστὶ Μεσσηνίων τῶν ἐν Πελοποννήσῳ, παρ' ὧν τὄνομα μετήλλαξε, Ζάγκλη πρότερον καλουμένη διὰ τὴν σκολιότητα τῶν τόπων (Ζάγκλιον γὰρ ἐκαλεῖτο τὸ σκολιὸν) Ναξίων ὅσα πρότερον κτίσματα τῶν πρὸς Κατάνῃ· ἐπῴκισαν δ' ὕστερον Μαμερτῖνοι Καμπανῶν τι φῦλον. ἐχρήσαντο δ' ὁρμητηρίῳ Ῥωμαῖοι πρὸς τὸν Σικελικὸν πόλεμον τὸν πρὸς Καρχηδονίυς. καὶ μεταταῦτα Πομπήϊος Σέξτος ἐνταῦθα συνεῖχε τὸ ναυτικὸν, πολεμῶν πρὸς τὸν Σεβαστὸν Καίσαρα. ἐντεῦθεν δὲ καὶ τὴν φυγὴν ἐποιήσατο, ἐκπεσὼν ἐκ τῆς

erat Hyblae. Urbes quidem illae deſtructae ſunt, Hyblae tamen nomen ob Hyblaei mellis praeſtantiam perdurat.

§. 3.

Ex urbibus, quae in praedicto latere adhuc extant, Meſſana ſita eſt in ſinu Pelori, valde verſus orientem inflexo, et axillae formam exhibente. Diſtat a Rhegio ſtadiorum traiectu LX, vicinior Columellae. Condita eſt haec urbs a Meſſeniis Peloponneſiacis, a quibus et nomen accepit, cum antea ob locorum obliquitatem Zancle diceretur, condita a Naxiis, qui terram circa Catanam incolebant. Poſtea temporis Mamertini, gens e Campania oriunda, eam inhabitavit. Romani ea uſi ſunt in bello Siculo contra Carthaginienſes pro receptaculo; et inſequenti tempore Sext. Pompeius bellum contra Auguſtum gerens, ibi claſſem ſuam continuit, et Sicilia eiectus, inde fugam in-

Sicilia. τῆς νήσου. Δείκνυται δὲ καὶ ἡ Χάρυβδις μικρὸν πρὸ τῆς πόλεως, ἐν τῷ πορθμῷ, βάθος ἐξαίσιον, εἰς ὃ αἱ παλίῤῥοιαι τῷ πορθμῷ κατάγουσιν εὐφυῶς τὰ σκάφη τραχηλιζόμενα μετὰ συῤῥοφῆς καὶ δίνης μεγάλης· καταποθέντων δὲ καὶ διαλυθέντων, τὰ ναυάγια παρασύρεται πρὸς ἠϊόνα τῆς Ταυρομενίας, ἣν καλοῦσιν ἀπὸ τοῦ συμπτώματος τούτου Κοπρίαν. Τοσοῦτον δ' ἐπεκράτησαν οἱ Μαμερτῖνοι παρὰ τοῖς Μεσσηνίοις, ὥστ' ἐπ' ἐκείνοις ὑπῆρξεν ἡ πόλις· καλοῦσι δὲ Μαμερτίνους μᾶλλον ἅπαντες αὐτούς, ἢ Μεσσηνίους, εὐοίνου τε σφόδρα τῆς χώρας ὄσης, ὃ Μεσσήνιον καλοῦσι τὸν οἶνον, ἀλλὰ Μαμερτῖνον, τοῖς ἀρίστοις ἐναμίλλον ὄντα τῶν Ἰταλικῶν. Οἰκεῖται δ' ἱκανὸς ἡ πόλις, μᾶλλον δ' ἡ Κατάνη· καὶ γὰρ οἰκήτορας δέδεκται Ῥωμαίους· ἧττον δ' ἀμφοῖν τὸ Ταυρομένιον. Καὶ ἡ Κατάνη δ' ἐστὶ Ναξίων τῶν αὐτῶν κτίσμα. Ταυρομένιον δὲ τῶν ἐν Ὕβλῃ Ζαγκλαίων. Ἀπέβαλε δὲ τοὺς οἰκήτορας τοὺς ἐξαρχῆς ἡ Κατάνη, κατοικίσαντος ἑτέρους Ἱέρωνος τοῦ Συρακουσίων τυράννου, καὶ προσαγορεύσαντος αὐτὴν Αἴτνην

instituit. Paullo ante urbem in freto Charybdis oſtenditur, gurges mirae profunditatis, in quem aeſtus freti navigia, magno impetu ac turbine circumacta, facile abripiunt, quorum abſorptorum et diſſipatorum fragmenta ad litus Tauromenitanum eiiciuntur, quod hac de cauſſa Copriam appellant. Mamertini apud Meſſanenſes adeo invaluerunt, ut ſub ſuam poteſtatem redegerint urbem, incolaeque ab omnibus Mamertini potius appellentur, quam Meſſanii, et cum admodum vini ferax ſit iſta regio, vinum non Meſſanium dicitur, ſed Mamertinum, quod cum Italicorum vinorum optimo quovis certet. Urbs quidem frequens eſt, cedit tamen Catanae, quae Romanos colonos accepit. Tauromenium utraque minus frequentatur. Catana etiam Naxiorum eſt colonia; Tauromenium autem Zanclaeorum qui Hyblae erant. Priſtinos incolas Catana eiecit, eo deductis aliis ab Hierone Syracuſanorum tyranno, qui et Catanae nomen in Aetnam

Αἴτνην ἀντὶ Κατάνης. ταύτης δὲ καὶ Πίνδαρος κτίστο- Sicilia.
ρα λέγει αὐτὸν, ὅταν φῇ·

[r] Ξύνες τί λέγω,
Ζαθέων Ἱέρων ὁμώνυμε πάτερ,
Κτίστορ Αἴτνας.

Κατὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ Ἱέρωνος κατελθόντες οἱ Κα-
ταναῖοι, τάς τε ἐνοίκους ἐξέβαλον, καὶ τὸν τάφον
ἀνέσκαψαν τοῦ τυράννου. Οἱ δὲ Αἰτναῖοι παραχωρή-
σαντες, τὴν [s] Ἴννησαν καλουμένην, τῆς Αἴτνης ὀρεινὴν
ὤκησαν, καὶ προσηγόρευσαν τὸ χωρίον Αἴτνην, διέχον
τῆς Κατάνης σταδίους ὀγδοήκοντα· καὶ τὸν Ἱέρωνα
οἰκιστὴν ἀπέφηναν. Ὑπέρκειται δὲ μάλιστα τῆς Κα-
τάνης ἡ Αἴτνη, καὶ τῶν περὶ τὰς κρατῆρας παθῶν
πλεῖστον κοινωνεῖ. καὶ γὰρ οἱ ῥύακες εἰς τὴν Κατα- pag. 269
ναίαν ἐγγυτάτω καταφέρονται· καὶ τὰ περὶ τὰς
συσσβεῖς ἐκεῖ τεθρύλληται τὸν Ἀμφίνομον καὶ τὸν
Ἀναπίαν, οἳ τὰς γονέας ἐπὶ τῶν ὤμων ἀράμενοι διέσω-

 σαν

r) Ξύνες τί λέγω] Supplevi haec e codd. Vat. A. B. Venet. A. Stroz. utroque. Bemb. et Caſaub. mſstis. Pro τί Tyrwhitto placet ὅ, τι. s) Ἴννησαν] Interpr. pr. Ἰνησάν. Caſaub. coniectura eſt Ἐννησίαν.

nam mutavit, cuius conditorem eum Pindarus hisce verbis facit:

Audi quae dico,
Divorum Hieron cognominis pater,
Conditor Aetnae.

Poſt mortem autem Hieronis Catanaei reverſi novos incolas expulerunt, ſepulcrumque tyranni devaſtarunt. At Aetnaei loco cedentes, Inneſam, ut montana Aetnae vocantur, domicilium ſibi occuparunt, locoque Aetnae nomen impoſuerunt, diſtanti a Catana ſtadiis XXC, eiusque oppidi autorem Hieronem pronunciavere. Mons Aetna Catanae potiſſimum ſupereminet, eamque crateris ſui eruptionibus praecipue affligit. Nam et ignitae maſſae in Catanaeum agrum vicinum devolvuntur; et facinus piorum filiorum Amphinomi et Anapiae, qui ingruente malo, parentes humeris ſuis ſublatos

Sicilia. σαν ἐπιφερομένυ τῦ κακῦ ..... Ὅταν τῷ Ποσειδεῶνι φαίνηται τὰ περὶ τὸ ὄρος, κατατεφρῦται πολλῷ βάθει τὰ Καταναίων χωρία· ἡ μὲν ἂν σποδὸς λυπήσασα πρὸς καιρὸν, εὐεργετεῖ τὴν χώραν χρόνοις ὕστερον· εὐάμπελον γὰρ παρέχεται καὶ χρησόκαρπον, τῆς ἄλλης ἀχ ὁμοίως ἄσης εὐοίνυ, τάς τε ῥίζας ἐκφέρει τὰ κατατεφρωθέντα χωρία· πιαίνειν δ' ἐπὶ τοσῦτον τὰ πρόβατα φασὶν, ὥστε πνίγεσθαι· διόπερ ἐκ τῶν ὤτων ἀφαιρῦσιν αἷμα [t] δι' ἡμερῶν μ, ἢ ν, καθάπερ τῦτο καὶ κατὰ τὴν [u] Ἐρυθείαν συμβαῖνον εἰρήκαμεν. Ὁ δὲ ῥύαξ εἰς πῆξιν μεταβάλλων, ἀπολιθοῖ τὴν ἐπιφάνειαν τῆς γῆς ἐφ' ἱκανὸν βάθος, ὥστε λατομίας εἶναι χρείαν, τοῖς ἀνακαλύψαι βυλομένοις τὴν ἐξαρχῆς ἐπιφάνειαν. τακείσης γὰρ ἐν τοῖς κρατῆρσι τῆς πέτρας, εἶτ' ἀναβληθείσης, τὸ ὑπερχυθὲν τῆς κορυφῆς ὑγρὸν, πηλός ἐστι μέλας, ῥέων κατὰ τῆς ὀρεινῆς· εἶτα

t) δι' ἡμερῶν μ ἢ ν] δι' ἡμερῶν τεσσάρων ἢ πέντε. Vat. A. Venet. A. et Caſaub. libri; quibus accedit Interpr. pr.
u) Ἐρυθείαν] Poſui pro Ἐρυθέαν, ut Lib. III. pag. 169.

latos eripuerunt, iſti loco adſignatur. Quando Neptuno videtur, ut Aetnae incendium eveniat, Catanaeus tum ager profundo obtegitur cinere, qui aliquanto quidem moleſtus, poſtea regioni beneficio eſt. reddit enim eam vineti laetam, ac bonae frugis feracem, cum reliquum agri non ita praeſtet vini productione. radicesque efferunt loca cinere ſic oppleta, quibus oves adeo pingues fieri perhibent, ut rumpantur; ideoque quadrageſimo aut quinquageſimo circiter die ſanguinem illis ex auribus detrahunt: quod etiam apud Erytheam fieri, declaravimus. Ignita ex Aetna fluens materia ita concreſcit, ut ad haud mediocrem altitudinem ſoli ſuperficiem in lapidem convertat; quam qui nudare velint, opus habeant lapides ſcindere. etenim lapide in crateribus colliquato, ac deinde egeſto, humor vertici ſuperfuſus, coenum eſt nigrum per montem deorſum fluens: deinde

εἶτα πῆξιν λαβὼν, γίνεται λίθος μυλίας, τὴν αὐτὴν Sicilia.
φυλάττων χρόαν, ἣν ῥέων εἶχε. Καὶ ἡ σποδὸς δὲ καιομένων τῶν λίθων ὡς ἀπὸ τῶν ξύλων γίνεται· καθάπερ ἂν τὸ πήγανον τῇ ξυλίνῃ σποδῷ τρέφεται, τοιοῦτον ἔχειν οἰκείωμα πρὸς τὴν ἄμπελον εἰκὸς τὴν Αἰτναίαν σποδόν.

§. 4.

Τὰς δὲ Συρακούσας, Ἀρχίας μὲν ἔκτισεν ἐκ Κορίνθου πλεύσας περὶ τὰς αὐτὰς χρόνους, οἷς ᾠκίσθησαν καὶ ἡ Νάξος, καὶ τὰ Μέγαρα. Ἅμα δὲ Μύσκελλόν τε φασὶν εἰς Δελφοὺς ἐλθεῖν, καὶ τὸν Ἀρχίαν χρηστηριαζόμενον, ἐρέσθαι τὸν θεὸν, πότερον αἱρῆνται πλοῦτον, ἢ ὑγίειαν· τὸν μὲν οὖν Ἀρχίαν ἑλέσθαι τὸν πλοῦτον, Μύσκελλον δὲ τὴν ὑγίειαν· τῷ μὲν δὴ Συρακούσας δοῦναι κτίζειν, τῷ δὲ Κρότωνα. καὶ δὴ συμβῆναι Κροτωνιάτας μὲν ὅτως ὑγιεινὴν οἰκῆσαι πόλιν, [x] ὡς εἰρήκαμεν· Συρακούσας δὲ ἐπὶ τοσοῦτον ἐκπεσεῖν πλούτου, ὥστε καὶ αὐτοὺς ἐν παροιμίᾳ διαδοθῆναι λε-

R 3 γόντων

x) ὡς εἰρήκαμεν] ὥσπερ εἰρήκαμεν Venet. A. Stroz. A. ὡς προειρήκαμεν, Vat. A.

deinde ubi concrevit, lapis fit molaris, retento eodem, quem fluens habebat, colore. Etiam cinis e lapidibus aduſtis aeque producitur, ac e lignis. ſicut ergo herbae ligni cinere aluntur, ita Aetnaeum cinerem vim vites ſoecundandi habere probabile eſt.

§. 4.

Iam Syracuſas condidit Archias, ſub idem tempus, quo Naxus et Megarae conditae ſunt, Corintho navibus advectus. Feruntque ſimul Delphos adveniſſe Myſcellum et Archiam conſulendi oraculi gratia, interrogatosque a Deo, divitiasne mallent an ſanitatem: Archiam divitias ſibi optaſſe, ſanitatem Myſcellum, deumque illi ut Syracuſas, huic ut Crotonem conderet mandaſſe. et quidem Crotoniatis eveniſſe, ut ſic ſalubrem incolerent urbem, ſicut diximus; Syracuſanos autem eo opulentiae progreſſos, ut etiam vulgatum ſit de ipſis proverbium, quod in admo-

Sicilia. γόντων πρὸς τὰς ἄγαν πολυτελεῖς, ὡς ἂν ἐκγένοιτο αὐτοῖς ἡ Συρακουσίων δεκάτη. Πλέοντα δὲ τὸν Ἀρχίαν εἰς τὴν Σικελίαν, καταλιπεῖν μετὰ μέρους τῆς στρατείας τῶν τῶν Ἡρακλειδῶν γένους Χερσικράτην συνοικοῦντα τὴν νῦν Κέρκυραν καλουμένην, πρότερον δὲ
pag. 270. Σχέριαν. Ἐκεῖνον μὲν οὖν ἐκβαλόντα Λιβυρνὰς κατέχοντας, οἰκῆσαι τὴν νῆσον· τὸν δ' Ἀρχίαν [y] κατασχόντα πρὸς τὸ Ζεφύριον, τῶν Δωριέων εὑρόντα τινὰς δεῦρο ἀφιγμένους ἐκ τῆς Σικελίας παρὰ τῶν τὰ Μέγαρα κτισάντων, ἀναλαβεῖν αὐτοὺς, καὶ κοινῇ κτίσαι τὰς Συρακούσας μετ' αὐτῶν [z] ἀπιόντα. Ηὐξήθη δὲ καὶ διὰ τὴν τῆς χώρας εὐδαιμονίαν ἡ πόλις, καὶ διὰ τὴν τῶν λιμένων εὐφυΐαν οἱ ἄνδρες ἡγεμονικοὶ κατέσχησαν· καὶ συνέβη Συρακουσίοις τυραννουμένοις τε δεσπόζειν τῶν ἄλλων, καὶ ἐλευθερωθεῖσιν ἐλευθερῶν τοὺς ὑπὸ τῶν βαρβάρων καταδυναστευομένους. Ἦσαν γὰρ τῶν βαρβάρων οἱ μὲν ἔνοικοι, τινὲς δ' ἐκ τῆς περαίας

y) κατασχόντα] κατασχόντα τὴν νῆσον. codd. Stroz. et Caſaub. et Interpr. pr. z) ἀπιόντα] Deeſt in Venet. A. Stroz. A. B. Interpr. pr. ἀπιόντας exhibent Vat. A. B.

admodum locupletes diceretur; eos non decimam Syracuſanorum poſſidere. Porro Archiam, cum in Siciliam navigaret, Cherſicratem ex Heraclidibus ortum ducentem cum exercitus parte reliquiſſe, qui Corcyram, quae antea Scheria fuit appellata, occuparet, ibique ſedem figeret. Hunc, expulſis, qui tunc temporis ibi habitabant Liburnis, inſulam obtinuiſſe; Archiam autem ad Zephyrium appuliſſe, ibique in Dorienſium quosdam, qui, relictis Megararum conditoribus, e Sicilia eo ſe contulerant, incidiſſe, quibus ſibi adiunctis in Siciliam profectum, eorumque auxilio Syracuſas condidiſſe. Urbs ea crevit ob regionis ubertatem, et ob portuum opportunitatem factum eſt, ut cives eius principes Siculorum fierent: et evenit, ut ipſi tyrannorum imperio parentes aliorum eſſent domini, et libertatem adepti, alios a barbarorum dominatione liberarent. Barbarorum enim nonnulli indigenae

ραίας ἐπήεσαν· ὀδένα δὲ τῆς παραλίας εἴων οἱ Ἕλλη- Sicilia.
νες ἅπτεσθαι, τῆς δὲ μεσογαίας ἀπείργειν παντάπασιν οὐκ ἴσχυον· ἀλλὰ διετέλεσαν μέχρι δεῦρο Σικελοὶ, καὶ Σικανοὶ, καὶ Μόργητες, καὶ ἄλλοι τινὲς νεμόμενοι τὴν νῆσον, ὧν ἦσαν καὶ Ἴβηρες· ὅς περ πρῶτον φησὶ τῶν βαρβάρων Ἔφορος λέγεσθαι τῆς Σικελίας οἰκιστάς. Καὶ τὴν Μοργάντιον δὲ, εἰκὸς ὑπὸ τῶν Μοργήτων [a] ᾠκίσθαι· πόλις δ' ἦν αὕτη, νῦν δ' οὐκ ἔστι. Ἐπελθόντες δὲ Καρχηδόνιοι, καὶ τούτους οὐκ ἐπαύσαντο κακοῦντες, καὶ τοὺς Ἕλληνας. ἀντεῖχον δ' ὅμως οἱ Συρακούσιοι. Ῥωμαῖοι δ' ὕστερον καὶ τοὺς Καρχηδονίους ἐξέβαλον, καὶ τὰς Συρακούσας ἐκ πολιορκίας εἷλον. Ἐφ' ἡμῶν δὲ Πομπήϊος τάς τε ἄλλας κακώσαντος πόλεις, καὶ δὴ καὶ τὰς Συρακούσας, πέμψας ἀποικίαν ὁ Σεβαστὸς Καῖσαρ, πολὺ μέρος τοῦ παλαιοῦ κτίσματος ἀνέλαβε. Πεντάπολις γὰρ ἦν τοπαλαιὸν, ἑκατὸν καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων ἔχουσα τὸ

R 4 τεῖχος.

a) ᾠκίσθαι] Sic bene exhibet cod. Venet. A. pro ᾠκῆσθαι.

genae erant, alii ex continente oppoſita inſulam invadebant; quos quidem Graeci a maritimis regionibus arcebant, mediterraneis autem omnino eiicere non valebant: ſed manebant adhuc Siculi, Sicani, Morgetes, et nonnulli alii, qui inſulam incolerent; quibus addendi ſunt etiam Iberes, quos Ephorus primos barbarorum fuiſſe ait, qui hanc inſulam inhabitarent. Probabile eſt etiam, Morgantium conditum fuiſſe a Morgetibus, quae urbs hodie non extat. Carthaginienſes autem adventantes, nullum neque Graecos neque barbaros infeſtandi finem fecerunt: nihilominus tamen Syracuſani reſtiterunt. Romani tandem et Carthaginienſes profligaverunt, et Syracuſas obſidione in poteſtatem redegerunt. Noſtra aetate, quum inter alias urbes Pompeius Syracuſas quoque male affeciſſet, miſſa Auguſtus Caeſar colonia magnam veteris urbis partem reſtituit. Olim enim Syracuſae quinque urbibus, eodem muro, cuius circuitus CXXC ſtadia erat, cinctis, con-

Sicilia. τεῖχος. Ἅπαντα μὲν δὴ τὸν κύκλον ἐκπληρῶν τοῦτον οὐδὲν ἔδει. τὸ δὲ συνοικούμενον τὸ πρὸς τῇ νήσῳ τῇ Ὀρτυγίᾳ μέρος, ὡήθη δεῖν [b] οἰκίσαι βέλτιον, ἀξιολόγῳ πόλεως ἔχον περίμετρον. Ἡ δ' Ὀρτυγία συνάπτει γεφύρᾳ πρὸς τὴν ἤπειρον [c] πρόσγειος οὖσα. Κρήνην δ' ἔχει τὴν Ἀρέθουσαν, ἐξιεῖσαν ποταμὸν εὐθὺς εἰς τὴν θάλατταν. Μυθεύουσι δὲ τὸν Ἀλφειὸν εἶναι τοῦτον, [d] ἀρχόμενον μὲν [e] ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου, διὰ δὲ τοῦ πελάγους ὑπὸ γῆς τὸ ῥεῖθρον ἔχοντα μέχρι πρὸς τὴν Ἀρέθουσαν, [f] εἶτ' ἐκδιδόντα πάλιν εἰς τὴν θάλατταν. τεκμηριοῦνται δὲ τοιούτοις τισί. Καὶ γὰρ φιάλην τινὰ ἐκπεσοῦσαν εἰς τὸν ποταμὸν ἐνόμισαν ἐν Ὀλυμπίᾳ, δεῦρο ἀνενεχθῆναι εἰς τὴν κρήνην· καὶ θολοῦσθαι ἀπὸ τῶν ἐν Ὀλυμπίᾳ βοθυσιῶν. Ὅ, τε Πίνδαρος ἐπακολουθῶν τούτοις εἴρηκε·

Ἀμπνευ-

b) οἰκίσαι] Ita repoſui cum Caſaubono pro οἰκῆσαι; et mox cum eodem ἀξιολόγῳ exhibui pro ἀξιόλογον. c) πρόσγειος οὖσα] Vocem πρόσγειος reſtitui e codd. Bemb. et Caſauboni. d) ἀρχόμενον] Fruſtra tentat Caſaubonus hanc vocem, et legit ἐρχόμενον. e) ἀπὸ τῆς Πελοποννήσου] ἐκ τῆς Π. Venet. A. Stroz. Caſaub. f) εἶτ' ἐκδιδόντα] ἐκδιδόντα ἐντεῦθεν Stroz. A. Caſaub. ἐκδιδόντα ἐνθένδε Vat. A. Venet. A. Stroz. B.

conſtabant. Totum iſtum circulum habitatoribus implere Auguſtus non opus eſſe putavit, ſed eam tantum partem, ad inſulam Ortygiam, quae habitabatur, maiori aedificiorum copia inſtruendam cenſuit, cum haud contemnendae urbis ſpatium haberet. Ortygia cum continenti vicina ponte coniungitur. Ea inſula fontem habet Arethuſam, quae fluvium ſtatim in mare emittit. Hunc fluvium Alpheum eſſe fabulantur, qui ortus in Peloponneſo, per mare ſub terram usque ad Arethuſam fluat, et inde rurſum in mare exeat. Argumenta, quibus fabulam probent, haec ab iis afferuntur. Pateram quandam apud Olympiam in Alpheum prolapſam, ad Arethuſam fontem fuiſſe delatam; tum, fontem eum turbidum fieri, quando Olympiae boves immolantur. Atque haec ſecutus Pindarus, ita cecinit:

Alphei

Ἄμπνευμα σεμνὸν Ἀλφειῦ Sicilia.
Κλεινᾶν Συρακοσᾶν θάλος Ὀρτυγία.

Συναποφαίνεται δὲ τῷ Πινδάρῳ ταῦτα, καὶ Τίμαιος pag. 273.
ὁ συγγραφεύς. Εἰ μὲν ἦν πρὸ τῦ συνάψαι τῇ θαλάττῃ κατέπιπτεν ὁ Ἀλφειὸς εἴς τι βάραθρον, ἦν τὶς ἂν πιθανότης, ἐντεῦθεν διήκειν κατὰ γῆς ῥεῖθρον μέχρι τῆς Σικελίας, ἀμιγὲς τῇ θαλάττῃ διασῶζον τὸ πότιμον ὕδωρ· ἐπειδὴ δὲ τὸ τῦ ποταμῦ σῶμα φανερόν ἐστιν εἰς τὴν θάλατταν ἐκδιδὸν, ἐγγὺς δὲ μηδὲν [g] ἐν τῷ πόρῳ τῆς θαλάττης φαινόμενον σῶμα, τὸ καταπίνον τὸ ῥεῦμα τῦ ποταμῦ, (καίπερ ὐδ' ἅπαξ ἂν συμμεῖναι γλυκὺν, ὅμως τό γε ἐπὶ πλέον, εἰ καταδύνει εἰς τὸ κατὰ γῆς ῥεῖθρον,) παντάπασιν ἀμήχανόν ἐστι. Τό τε γὰρ τῆς Ἀρεθύσης ὕδωρ ἀντιμαρτυρεῖ, πότιμον ὄν· τότε διὰ τοσῦτο πόρῳ συμμένειν τὸ ῥεῦμα τῦ ποταμῦ, μὴ διαχεόμενον τῇ θαλάττῃ, μέχρις ἂν εἰς τὸ πεπλασμένον ῥεῖθρον ἐμπέσῃ, παντελῶς μυθώ-

R 5 δες.

g) ἐν τῷ πόρῳ τῆς θαλάττης] Vulgo ἐν τῷ πέλῳ τῆς θ. Genuinam lectionem, quam Palmerius iam coniectura aſſecutus erat, reſtitui ex Mss. Vat. A. et Venet. A.

Alphei requies veneranda
Clararum Syracuſarum germen Ortygia.

Quin et hiſtoriarum ſcriptor Timaeus Pindaro adſtipulatur. Enimvero, ſi Alpheus priusquam mare attingit, in voraginem aliquam decideret, veri ſpeciem fabula haberet, eum exinde ſub terram ad Siciliam usque pervenire, et aquam potabilem, marique haud permixtam ſervare. Cum autem Alphei oſtium manifeſto in mare exeat, nullaque maris vicina vorago appareat, qua fluvius abſorbeatur, (quamquam ne ſic quidem totus, maiore tamen ſui parte dulcis maneret, ſi in terram deſcenderet) nullo modo id fieri poteſt. Contrarium enim teſtatur Arethuſae aqua, quae potui apta eſt; et per tantum maris traiectum amnem marinae aquae immixtum manere, donec in fictitium illum alveum incidat, omnino fabuloſum eſt.

Vix

Sicilia. δες. Μόλις γὰρ ἐπὶ τῷ Ῥοδανῷ τοῦτο πιστεύομεν, ᾧ συμμένει τὸ ῥεῦμα, διὰ λίμνης ἰὸν, ὁρατὴν σῶζον τὴν ῥύσιν· ἀλλ' ἐκεῖνο μὲν βραχὺ διάστημα, καὶ ὁ κυμαινόσης τῆς λίμνης· ἐνταῦθα δὲ, ὅπου χειμῶνες ἐξαίσιοι, καὶ κλυδασμοὶ, πιθανότητος ὀδεμιᾶς οἰκείας ὁ λόγος. Ἐπιτείνει δὲ τὸ ψεῦδος ἡ Φιάλη παρατεθεῖσα· h οὐδὲ γὰρ αὕτη ῥεύματι εὐπειθὴς .... οὐχὶ τῷ τότε .... ὅτω καὶ διὰ τοιούτων ὀρῶν φερομένῳ. Φέρονται δ' ὑπὸ γῆν ποταμοὶ πολλοὶ, καὶ πολλαχοῦ τῆς γῆς, ἀλλ' οὐκ ἐπὶ τοσοῦτον διάστημα. Εἰ δὲ τοῦτο δυνατὸν, τά γε προειρημένα ἀδύνατα καὶ τὰ περὶ τοῦ Ἰνάχου μύθῳ παραπλήσια·

Ῥεῖ γὰρ ἀπ' ἄκρας
Πίνδου (φησὶν ὁ Σοφοκλῆς) Λάκμου τ' ἀπὸ Περραιβῶν,
Εἰς Ἀμφιλόχους κ' Ἀκαρνάνας,

Μίσγει

h) οὐδὲ γὰρ αὕτη — ὀρῶν φερομένων] Locus corruptus et mutilus etiam in ſcriptis libris. Codd. Vat. A. et B. exhibent, οὐδὲ γὰρ αὕτη ῥεύματι εὐπειθὴς, οὐχὶ τῷ, ὅτω τε καὶ διὰ τοιούτων ὄρων φερομένῳ. Forte locus ita expediendus eſt, οὐδὲ γὰρ αὕτη ῥεύματι εὐπειθὴς, οὐχ ὅπως τοσούτῳ τε νῦν διὰ τοιούτων ὀρῶν φερομένῳ.

Vix enim hoc de Rhodano credimus, qui per lacum fluens, ſuo continetur alveo, fluxu etiam oculis manifeſto; et tamen ſpatium id breve eſt, neque lacus fluctibus agitatur. Hic autem, cum tempeſtatibus vehementibus, undarumque procellis mare crebro fluctuet, ne veritatis quidem ſpeciem narratio habet. Augetur mendacium etiam addita paterae mentione: non enim facile ea fluminis curſum ſequeretur, nedum tanti ac per tantos montes fluentis. Sane ſub terram labuntur multi amnes, idque evenit in diverſis orbis terrarum partibus. at non tanto ſpatio. Quodſi hoc fieri poteſt, certe impoſſibilia ſunt, quae ante retulimus; et pariter fabulae ſimilia ſunt, quae de Inacho Sophocles refert:

Deſcendit enim a ſummo iugo
Pindi, ac Lacmo et Perrhaebis,
In Amphilochos et Acarnanes,

Miſce-

Μίσγει δ' ὕδασιν τῷ Ἀχελῴῳ, Sicilia.
Καὶ ὑποβὰς ἐνθένδ' εἰς Ἄργος
Διὰ κῦμα τεμὼν, [i] ἥκει δῆμον
Τὸν Λυρκείῳ.

Ἐπιτείνουσι δὲ τὴν τοιαύτην τερατολογίαν, οἱ τὸν Ἰνωπὸν εἰς Δῆλον ἐκ τῆ Νείλῳ περαιῶντες. Ἀλφειὸν δὲ Ζωΐλος ὁ ῥήτωρ ἐν τῷ Τενεδίων ἐγκωμίῳ φησὶν ἐκ Τενέδῳ ῥεῖν, ὁ τὸν Ὅμηρον ψέγων ὡς μυθογράφον. Ἴβυκος δὲ τὸν ἐν Σικυῶνι Ἀσωπὸν, ἐκ Φρυγίας ῥεῖν φησί. Βελτίων δ' Ἑκαταῖος, ὃς φησὶ τὸν ἐν τοῖς Ἀμφιλόχοις Ἴναχον, ἐκ τῆ Λακμῆ ῥέοντα, ἐξ ἧ καὶ ὁ Αἴας ῥεῖ, ἕτερον εἶναι τῆ Ἀργολικῆ, ὠνομάσθαι δ' ὑπὸ Ἀμφιλόχῳ, τῆ καὶ τὴν πόλιν Ἄργος Ἀμφιλοχικὸν καλέσαντος· τοῦτον μὲν ὅτω φησὶν εἰς τὸν Ἀχελῶον ἐκβάλλειν, τὸν δὲ Αἴαντα εἰς Ἀπολλωνίαν πρὸς τὴν δύσιν ῥεῖν. Ἑκατέρωθεν δὲ τῆς νήσῳ λιμήν ἐστι μέγας, ὧν ὁ μείζων καὶ ὀγδοήκοντα σταδίων ἐστί. Ταύτην

i) ἥκει δῆμον] Vulgo ἥκει δημονικὸν δῆμον. Delevi τὸ δημονικὸν cum Casaubono et Tyrwhitto.

Miscetur et undis Acheloi,
Indeque sub terram descendens ad Argos,
penetratis maris undis, pervenit
ad Lyrciam gentem.

Huiusmodi prodigiosa commenta augent, qui Inopum e Nilo in Delum derivant. Iam Zoilus rhetor, is qui Homerum tanquam fabularum scriptorem vituperat, in Tenediorum encomio scribit, Alpheum e Tenedo fluere. Ibycus Asopum, qui Sicyone est, ex Phrygia fluere autumat. Melius Hecataeus, qui Inachum Amphilochorum e Lacmo profluentem, unde et Aeas labitur, diversum ab Argolico esse affirmat: eique hoc nominis ab Amphilocho impositum, qui urbem quoque Argos Amphilochicum nominarit: eumque in Acheloum incidere ait, Aeantem versus occasum ad Apolloniam labi. Ab utraque Ortygiae parte portus est magnus, maior XXC stadia amplus.

Syra-

Sicilia. pag. 272. τὴν δὲ τὴν πόλιν ἀνέλαβεν ὁ Καῖσαρ, καὶ τὴν Κατάνην· ὡς δ' αὕτως Κεντόριπα, συμβαλλομένην πολλὰ πρὸς τὴν Πομπηΐου κατάλυσιν. Κεῖνται δ' ὑπὲρ Κατάνης τὰ Κεντόριπα, συνάπτοντα τοῖς Αἰτναίοις ὄρεσι, καὶ τῷ Συμαίθῳ ποταμῷ ῥέοντι εἰς τὴν Καταναίαν.

§. 5.

Τῶν δὲ λοιπῶν τῆς Σικελίας πλευρῶν, ἡ μὲν ἀπὸ τοῦ Παχύνου πρὸς τὸ Λιλύβαιον διήκουσα, ἐκλέλειπται τελέως, ἴχνη τινὰ σώζουσα τῶν ἀρχαίων κατοικιῶν, ὧν ἦν καὶ Καμαρίνα ἄποικος Συρακουσίων. Ἀκράγας δὲ Ἰώνων ὅσα καὶ τὸ ἐπίνειον καὶ Λιλύβαιον, ἔτι συμμένει. Τῇ γὰρ Καρχηδονίᾳ τούτων μάλιστα ὑποπιπτόντων τῶν μερῶν, μακροὶ καὶ συνεχεῖς οἱ πόλεμοι γενόμενοι, τὰ πολλὰ κατέφθειραν.

§. 6.

Ἡ δὲ λοιπὴ καὶ μεγίστη πλευρὰ καίπερ αὐτὴ πολυάνθρωπος ὅσα, ὅμως ἱκανῶς συνοικεῖται. καὶ γὰρ Ἅλαισα, καὶ Τυνδαρὶς, καὶ τὸ τῶν Αἰγεσταίων ἐμπο-

Syracuſas ergo Auguſtus inſtauravit; et Catanam et Centoripa, quae urbs ad Pompeium debellandum ei multum tulit adiumenti. Sita ſunt Centoripa ſupra Catanam, et montana Aetnae attingunt, et Symaethum flumen, quod in agrum Catanaeum meat.

§. 5.

De reliquis Siciliae lateribus, id quod a Pachyno ad Lilybaeum pertinet, prorſus deſertum eſt; veſtigia duntaxat antiquorum quaedam oppidorum reſtant, e quibus fuit Camarina Syracuſanorum colonia. Agrigentum Ionica colonia, et navale eius ac Lilybaeum adhuc ſuperſunt. Alioqui cum hoc Siciliae latus maxime Carthaginenſium ditioni eſſet obiectum, longis ac continentibus bellis pleraeque urbes eius ſunt deletae.

§. 6.

Reliquum, idque longiſſimum latus, quanquam et ipſum hominum multitudine non abundat, ſatis tamen incolitur. Aleſae enim, et Tyndaris, et Aegeſteorum empo-

ἐμπορεῖον καὶ Κεφαλοίδιον, πολίσματά ἐστι. Πάνορ- Sicilia.
μος δὲ καὶ Ῥωμαίων ἔχει κατοικίαν. Τὴν δὲ Αἰγέσταν κτισθῆναί φασιν ὑπὸ τῶν μετὰ Φιλοκτήτου διαβάντων εἰς τὴν Κροτωνιάτιν, καθάπερ ἐν τοῖς Ἰταλικοῖς εἴρηται, παρ' αὐτῶ ςαλέντων εἰς τὴν Σικελίαν μετὰ Αἰγέςου τοῦ Τρωός. Ἐν δὲ τῇ μεσογαίᾳ, τὴν μὲν Ἔνναν, ἐν ᾗ τὸ ἱερὸν τῆς Δήμητρος, ἔχουσιν ὀλίγοι, κειμένην ἐπὶ λόφῳ, περιειλημμένην πλάτεσιν ὀρεινεδίοις ἀρεσίμοις πᾶσαν. Ἐκάκωσαν δ' αὐτὴν μάλιςα ἐμπολιορκηθέντες οἱ περὶ Εὔνουν δραπέται, καὶ μόλις ἐξαιρεθέντες ὑπὸ Ῥωμαίων. Ἔπαθον δὲ τὰ αὐτὰ καὶ Καταναῖοι, καὶ Ταυρομενῖται, καὶ ἄλλοι πλείους. Οἰκεῖται δὲ καὶ ὁ Ἔρυξ λόφος ὑψηλὸς, ἱερὸν ἔχων Ἀφροδίτης, τιμώμενον διαφερόντως, ἱεροδούλων γυναικῶν πλῆρες τοπαλαιόν· ἃς ἀνέθεσαν κατ' εὐχὴν οἵ τ' ἐκ τῆς Σικελίας καὶ ἔξωθεν πολλοί· νυνὶ δ' ὥςπερ αὕτη ἡ κατοικία, λειπανδρεῖ καὶ τὸ ἱερὸν, καὶ τῶν ἱερῶν σωμάτων ἐκλέλοιπε τὸ πλῆθος. Ἀφίδευμα

emporium, et Cephaloedium, oppida exſtant. Panormus etiam coloniam habet Romanam. Aegeſtam conditam ferunt ab iis, qui cum Philoctete in Crotoniatarum agrum venerunt, ſicut in Italiae deſcriptione dictum fuit, miſſis ab eo in Siciliam cum Aegeſta Troiano. In mediterraneis Ennam, ubi templum eſt Cereris, pauci habitant, ſitam in tumulo, cinctamque latis montanis planitiebus, quae arari poſſunt omnes. Nocuerunt ei plurimum fugitivi cum Euno ibi obſeſſi, ac magno labore a Romanis in poteſtatem redacti; quod idem evenit Catanae, Tauromenio, aliisque pluribus urbibus. Habitatur etiam Eryx, tumulo ſublimi, fanum habens Veneris, quod praecipua colitur religione, antiquitus refertum mulieribus rei ſacrae addictis, quas ex voto dedicabant cum Siculi, tum alii multi exteri: nunc ut oppidum id virorum, ita templum quoque ſacerdotum laborat penuria, multitudine ſacrorum corporum ſublata.

Huius

Sicilia. μα δ' ἐστὶ καὶ ἐν Ῥώμῃ τῆς θεᾶς ταύτης τὸ πρὸ τῆς πύλης τῆς Κολλίνης, ἱερὸν Ἀφροδίτης Ἐρυκίνης λεγόμενον, ἔχον καὶ νεὼν, καὶ στοὰν περικειμένην ἀξιόλογον. Ἡ δ' ἄλλη κατοικία [k] καὶ τῆς μεσογαίας ποιμένων ἡ πλείστη γεγένηται. Οὔτε γὰρ Ἱμέραν ἔτι συνοικισμένην ἴσμεν, οὔτε Γέλαν, οὔτε Καλλίπολιν, οὔτε Σελινοῦντα, οὔτ' Εὔβοιαν, οὔτ' ἄλλας πλείους. ὧν τὴν Ἱμέραν μὲν οἱ ἐν Μυλαῖς ἔκτισαν Ζαγκλαῖοι, Καλλίπολιν δὲ Νάξιοι, Σελινοῦντα δὲ οἱ αὐτόθι Μεγαρεῖς, Εὔβοιαν δὲ οἱ Λεοντῖνοι. Καὶ τῶν βαρβαρικῶν δ' ἐξελείφθησαν πολλαὶ, καθάπερ οἱ Καμικοὶ τὸ
pag.273. Κωκάλω βασίλειον, παρ' ᾧ Μίνως δολοφονηθῆναί λέγεται. Τὴν δὲ ἐρημίαν κατανοήσαντες Ῥωμαῖοι, κατακτησάμενοι τά τε ὄρη, καὶ τῶν πεδίων τὰ πλεῖστα, ἱπποφορβοῖς καὶ βουκόλοις καὶ ποιμέσι παρέδοσαν· ὑφ' ὧν πολλάκις εἰς κινδύνους κατέστη μεγάλους ἡ νῆσος. τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ λῃστείας τρεπομένων σπο-

k) καὶ τῆς μεσογαίας ποιμένων ἡ πλείστη] Casaubonus legit καὶ τῆς μέσον· ἡ πλείστη ποιμ. Nihil mutandum est, ut opinor.

Huius deae aedes Romae etiam est ante portam Collinam, templum habens porticu insigni circumdatum: Veneris Erycinae appellant. Reliqua oppida, quae in mediterraneis olim fuerunt, nunc pastorum pleraque sunt domicilia. Non enim hodie comperimus a civibus incoli Himeram, non Gelam, non Callipolin, non Selinuntem, non Euboeam, non alias plures, de quibus Himeram condiderant Zanclaei Mylas habitantes, Callipolin Naxii, Selinuntem Megarenses Siculi, Euboeam Leontini. Multa etiam barbarorum oppida Siciliae deleta sunt, ut Camicus Cocali regia, apud quem Minos per insidias occisus traditur. Quam solitudinem cum animadvertissent Romani, montibus et campestribus plerisque potiti, equorum boumque armenta, et greges pascentibus ea tradiderunt, a quibus insula saepenumero in magnum adducta est discrimen: pastoribus

σποράδην τῶν νομέων· εἶτα καὶ κατὰ πλήθη συνισταμένων καὶ πορθούντων τὰς κατοικίας· καθάπερ ἡνίκα οἱ περὶ Εὔνουν τὴν Ἔνναν κατέσχον. Νεωστὶ δ' ἐφ' ἡμῶν εἰς τὴν Ῥώμην ἀνεπέμφθη Σέλουρός τις, Αἴτνης υἱὸς λεγόμενος, στρατιᾶς ἀφηγησάμενος, καὶ λεηλασίαις πυκναῖς καταδεδραμηκὼς τὰ κύκλῳ τῆς Αἴτνης πολὺν χρόνον. [1] τοῦτον δ' ἐν τῇ ἀγορᾷ [μονομάχων ἀγῶνος συνεστῶτος, εἴδομεν διασπασθέντα ὑπὸ θηρίων· ἐπὶ πήγματος γάρ τινος ὑψηλῷ τεθεὶς ὡς ἂν ἐπὶ τῆς Αἴτνης, διαλυθέντος αἰφνιδίως, καὶ συμπεσόντος, κατηνέχθη καὶ αὐτὸς εἰς γαλεάγρας θηρίων εὐδιαλύτους, ἐπίτηδες παρεσκευασμένας ὑπὸ τῷ πήγματι. Sicilia.

§. 7.

Τὴν δὲ τῆς χώρας ἀρετὴν θρυλλουμένην ὑπὸ πάντων, ἐδὲν χείρω τῆς Ἰταλίας ἀποφαινομένων, τί δεῖ λέγειν; σίτῳ δὲ, καὶ μέλιτι, καὶ κρόκῳ, καὶ ἄλλοις τισὶ,

1) τοῦτον δ' ἐν τῇ ἀγορᾷ] ὃν ἐν τῇ ἀγ. Vat. A. B. et Caſaub. libri ſcripti.

bus initio quidem ſparſim latrocinia exercentibus, deinde etiam agmine facto pagos oppugnantibus, ut cum Eunus cum ſuis Ennam occupavit. Noſtra aetate non ita pridem Romam miſſus eſt Selurus quidam, qui Aetnae filius dicebatur, duxeratque exercitum, et multum temporis crebris praedationibus incurſando quae circa Aetnam in orbem ſita ſunt loca exegerat: eum nos in foro ludis gladiatoriis commiſſis, diſcerpi a beſtiis vidimus. Poſitus enim in tabulato ſublimi tanquam in Aetna, compagibus ſolutis eo ſubito collapſo, delatus eſt in caveas, in quibus beſtiae ita erant ligatae, ut facile ſolverentur, infra tabulatum dedita opera paratas.

§. 7.

Porro Siciliae praeſtantiam ab omnibus praedicatam, qui eam non cedere Italiae laudibus pronunciant, quid attinet commemorare? imo frumento, melle, croco, aliisque rebus quibusdam vel anteire

Sicilia. τισὶ, κἂν ἀμείνω τὶς φαίη. Πρόσεστι δὲ καὶ τὸ ἐγγύθεν· ὡσανεὶ γὰρ μέρος τι τῆς Ἰταλίας ἐστὶν ἡ νῆσος· καὶ ὑποχορηγεῖ τῇ Ῥώμῃ, καθάπερ ἐκ τῶν Ἰταλικῶν ἀγρῶν, ἔκπλους εὐμαρῶς καὶ ἀταλαιπώρως. Καὶ δὴ καὶ καλοῦσιν αὐτὴν ταμεῖον τῆς Ῥώμης. Κομίζεται γὰρ τὰ γιγνόμενα πάντα, πλὴν ὀλίγων τῶν αὐτόθι ἀναλισκομένων, δεῦρο. ταῦτα δ' ἐστὶν οὐχ οἱ καρποὶ μόνον, ἀλλὰ καὶ βοσκήματα, καὶ δέρματα, καὶ ἔρια, καὶ τὰ τοιαῦτα. Φησὶ δ' ὁ Ποσειδώνιος οἷον ἀκροπόλεις ἐπὶ θαλάττης δύο τὰς Συρακούσας ἱδρύσθαι καὶ τὸν Ἔρυκα, μέσην δὲ ἀμφοῖν ὑπερκεῖσθαι τῶν κύκλῳ πεδίων τὴν Ἔνναν. [m] Κεκάκωται δὲ καὶ ἡ Λεοντίνη πᾶσα, Ναξίων ὄσα καὶ αὐτὴ τῶν αὐτόθι. τῶν μὲν γὰρ ἀτυχημάτων ἐκοινώνησαν ἀεὶ τοῖς Συρακουσίοις, τῶν δ' εὐτυχημάτων οὐκ ἀεί.

§. 8.

Πλησίον δὲ τῶν Κεντορίπων ἐστὶ πόλισμα, ἡ μικρὸν ἔμπροσθεν λεχθεῖσα Αἴτνη, τὸς ἀναβαίνοντας ἐπὶ

m) Κεκάκωται — τῶν δ' εὐτυχημάτων οὐκ ἀεί.] Haec male hic inculcata ad pag. 273. D. poſt voces Εὔβοιαν δὲ οἱ Λεοντῖνοι retrahenda videntur.

teire eam Italiae dixeris. Accedit propinquitas: cum quaſi pars Italiae ſit haec inſula, Romaeque ſuppeditet omnia facile et absque magno labore, perinde atque Italici agri. Atque adeo cella penaria Romae appellatur Sicilia, quod omnes eius proventus, exceptis quae ibi abſumuntur paucis, Romam comportantur: non fructus duntaxat, ſed et pecora, pelles, lanae, aliaque id genus. Poſidonius ait, Siciliam veluti arces duas ad mare habere Syracuſas et Erycem, ac mediam inter utramque Ennam imminere circumiacentibus campis. Devaſtata eſt etiam Leontinorum regio omnis. Leontini a Naxiis Siculis orti ſunt: ſemper autem participes fuerunt rerum Syracuſanis adverſarum, laetarum non item.

§. 8.

Propinquum Centoripis eſt oppidum Aetna, cuius ſupra meminimus, excipiens et deducens

ἐπὶ τὸ ὄρος δεχομένη, καὶ παραπέμπουσα. ἐντεῦθεν Sicilia
γὰρ ἀρχὴ τῆς ἀκρωρείας· ἔστι δὲ ψιλὰ τὰ ἄνω χωρία
καὶ τεφρώδη, καὶ χιόνος μετὰ τὸ χειμῶνος· τὰ κάτω
δὲ, δρυμοῖς καὶ φυτείαις διείληπται παντοδαπαῖς.
Ἔοικε δὲ λαμβάνειν μεταβολὰς πολλὰς τὰ ἄκρα τοῦ
ὄρους διὰ τὴν νομὴν τοῦ πυρὸς, τοτὲ μὲν εἰς ἕνα κρατῆρα
συμφερομένου, τοτὲ δὲ σχιζομένου· καὶ τοτὲ μὲν ῥύα- pag. 274.
κας ἀναπέμποντος, τοτὲ δὲ φλόγας καὶ λιγνῦς, ἄλ-
λοτε δὲ καὶ μύδρους ἀναφυσῶντος· ἀνάγκη δὲ τοῖς
πάθεσι τούτοις τούς τε ὑπὸ γῆν πόρους συμμεταβάλ-
λειν, καὶ τὰ στόμια ἐνίοτε πλείω κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν
τὴν περιξ. Οἱ δ' ἄν νεωστὶ ἀναβάντες, διηγοῦντο ἡμῖν,
ὅτι καταλάβοιεν ἄνω πεδίον ὁμαλὸν, ὅσον εἴκοσι
σταδίων τὴν περίμετρον, κλειόμενον ὀφρύϊ τεφρώδει,
τειχίου τὸ ὕψος ἔχοντι, ὥστε δεῖν καθάλλεσθαι τοὺς εἰς
τὸ πεδίον προελθεῖν βουλομένους. ὁρᾶν τε τὸ μέσον
βουνὸν τεφρώδη τὴν χρόαν, οἷαπερ καὶ ἡ ἐπιφάνεια
καθεωρᾶτο τοῦ πεδίου· ὑπὲρ δὲ τοῦ βουνοῦ νέφος ὄρθιον
διά-

ducens eos, qui montem Aetnam conſcendere cupiunt. eo enim radices montis deſinunt. Superiora loca nuda ſunt, et cineribus tecta, ac per hyemem nivis plena: inferiora nemoribus et omnis generis plantis ſunt conſita. Cacumina montis ſaepe mutari videntur ignis eruptione, qui nunc unum in craterem colligitur, nunc diviſus pluribus e foraminibus erumpit, et aliquando rivos liquoris igniti emittit, aliquando flammas et fuliginem, interdum etiam maſſas candentes; quibus calamitatibus meatus ſubterranei etiam mutationem experiantur, et nonnunquam plura in ſuperficie circum craterem aperiantur ora, neceſſe eſt. Sane qui nuper Aetnam conſcenderunt, narravere nobis, in ſummo ſe inveniſſe campum planum, ambitu circiter XX ſtadiorum, incluſum clivo cineroſo, qui muri haberet altitudinem, ita ut deſiliendum eſſet inde progredi in campum volentibus. ac vidiſſe ipſos, collem in huius medio, cinericeo et ipſum colore, quo et ſuperficies campi cernebatur; ſupra collem nubem erectam

Sicilia. διανεσηκὸς εἰς ὕψος, ὅσον διακοσίων ποδῶν, ἠρεμεῖν, (εἶναι γὰρ καὶ νηνεμίαν·) εἰκάζειν δὲ καπνῷ· δύο δὲ τολμήσαντας, [n] προσελθεῖν εἰς τὸ πεδίον· ἐπεὶ δὲ θερμοτέρας [o] ἔβαινον τῆς ἄμμου καὶ βαθυτέρας, ἀναστρέψαι, μηδὲν ἔχοντας περιττότερον φράζειν τῶν φαινομένων τοῖς πόρρωθεν ἀφορῶσι. Νομίζειν δ' ἐκ τῆς τοιαύτης ὄψεως, πολλὰ μυθεύεσθαι, καὶ μάλιστα οἷα φασὶ τινὲς περὶ Ἐμπεδοκλέους, ὅτι καθάλλοιτο εἰς τὸν κρατῆρα, καὶ καταλίποι τοῦ πάθους ἴχνος, τῶν ἐμβάδων τὴν ἑτέραν, ἃς ἐφόρει χαλκᾶς· εὑρεθῆναι γὰρ ἔξω, μικρὸν ἄπωθεν τοῦ χείλους τοῦ κρατῆρος, ὡς ἀνερριμμένην ὑπὸ τῆς βίας τοῦ πυρός· ὅτε γὰρ προσιτὸν εἶναι τὸν τόπον, οὕθ' ὁρατόν· εἰκάζειν τε μηδὲ καταρριφῆναί τι δύνασθαι ἐκεῖσε, ὑπὸ τῆς ἀντιπνοίας τῶν ἐκ βάθους ἀνέμων, καὶ τῆς θερμότητος, ἣν προαπαντᾶν εὔλογον πόρρωθεν πρὶν, ἢ τῷ σομίῳ τοῦ

n) προσελθεῖν] προελθεῖν Venet. A. Stroz. A. Caſaub.
o) ἔβαινον τῆς ἄμμου] ἐπέβαινον τῆς ψάμμου Vat. A. B. Venet. A. Caſaub.

ſtetiſſe, in altum ad cc pedes ſe efferentem, immotam (tum enim malaciam fuiſſe) et fumo ſimilem. ac duos de ipſis auſos in campum progredi, cum in calidiore ac profundiore arena veſtigia poſuiſſent, revertiſſe, neque quicquam amplius iis quae eminus conſpiciebantur habuiſſe, quod narrarent. Hoc autem ex ſpectaculo ipſos cenſuiſſe, multas fabulas eſſe petitas, maxime qualis a nonnullis de Empedocle narratur: eum deſiliiſſe in craterem, ac veſtigium ſui caſus reliquiſſe alterum calceorum, quos geſtabat aereos; hunc enim foris fuiſſe repertum non procul a labro crateris, ſcilicet ſurſum vi ignis eiectum: etenim locum illum neque adiri poſſe, neque conſpici, et coniecturam ſe facere, ne iniici quidem poſſe in eum quicquam, ob adverſos ventos ex abyſſo ſpirantes, et ob calorem, quem longe ante occurrere veroſimile eſt, quam ad crateris os appropinquetur.

τῦ κρατῆρος προσπελάσαι· εἰ δὲ καταῤῥιφθείη, Sicilia.
φθάνοι ἂν διαφθαρὲν πρὶν ἀναῤῥιφῆναι πάλιν, ὁποῖον
παρελήφθη πρότερον. Τὸ μὲν ἓν ἐκλείπειν ποτὲ τὰ
πνεύματα καὶ τὸ πῦρ, ἐπιλειπούσης ποτὲ τῆς ὕλης
οὐκ ἄλογον. Ὁ μὴν ἐπὶ τοσοῦτόν γε, ὥστ' ἀντὶ τῆς
τοσαύτης βίας, ἐφικτὸν ἀνθρώπῳ γενέσθαι τὸν πλη-
σιασμόν. Ὑπέρκειται δ' ἡ Αἴτνη, μᾶλλον μὲν τῆς
κατὰ τὸν πορθμὸν καὶ τὴν Καταναίαν παραλίας,
ἀλλὰ καὶ τῆς κατὰ τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος καὶ τὰς
Λιπαραίων νήσους· νύκτωρ μὲν ἓν καὶ φέγγη φαίνεται
λαμπρὰ ἐκ τῆς κορυφῆς, μεθ' ἡμέραν δὲ καπνῷ καὶ
ἀχλύϊ κατέχεται.

§. 9.

Ἀνταίρει δὲ τῇ Αἴτνῃ, τὰ Νεμρώδη ὄρη ταπεινό-
τερα μέν, πλάτει δὲ πολὺ παραλλάττοντα. Ἅπασα
δ' ἡ νῆσος κοίλη κατὰ γῆς ἐστὶ ποταμῶν καὶ πυρὸς
μεστὴ, καθάπερ τὸ Τυῤῥηνικὸν πέλαγος, ὡς εἰρήκαμεν,
μέχρι τῆς Κυμαίας. Θερμῶν γὲν ὑδάτων [p] ἐκβολὰς pag. 275.

S 2 κατὰ

p) ἐκβολὰς] ἀναβολὰς Vat. A. B. Venet. A. Caſaub.

tur. quod ſi autem quid iniiciatur, multo ante eius formam corruptum iri qua erat iniectum, quam ipſum rurſus eiiceretur. Neque vero abſurdum eſſe, deficiente aliquando materia, ſpiritus quoque et ignem aliquamdiu ceſſare: ſed eam intermiſſionem tantam non eſſe, ut contra iſtam vim homo aliquis accedere queat. Mons Aetna praecipue imminet litori, quod ad fretum agrumque Catanaeum pertinet, ita tamen, ut ei quoque immineat, quod ad mare Tyrrhenum, et inſulis Liparaeis oppoſitum eſt. noctu quidem clari a vertice fulgores eduntur, interdiu fumo et caligine obtegitur.

§. 9.

